



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula litterarum pro regimine, & visitatione scholarum Doctrinae  
Christianæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

ob absentiam, vel infirmitatem proprii Parochi, aut alijs debitis ministerijs ex toto aut ex parte destitutis, idoneos Vicarios, cum ea illius beneficii fructuum portione, quæ à nobis declarabitur, præficias: modò tamen, quod ad audiendas confessiones attinet, vel iam alio loco Parochi sint, vel alij Sacerdotes, qui à nobis scriptam audiendarum confessionum facultatem habeant, neque ijs alijs id munus postea sit interdictum; Idque donec à nobis Parochi, vel alij Vicarij, ad id munus in illis locis præstandum eligantur; & propterea de vacatione, vel destitutione quorumcumque beneficiorum, vel officiorum Ecclesiasticorum, etiam amouibilium, in tuo Vicariatu, statim nobis literis significabis; vt vacantium Ecclesiarum fructus in manibus ad id à nobis deputati Depositarij reponi facias, & computa ac calculos cum quibuscumque earum debitoribus facias, ac singulo trimestri eorum omnium rationes ad nos scripto referas, sub pœna priuationis officij Vicariatus tibi commissi. Relicta ad pias causas, quibus debentur, iuris remedijs efficias omnino, vt persoluantur: si que difficultas grauior erit, ad nos referas: pro ijs, quæ Apostolicis, vel nostris, vel nostrorum Vicariorum, & Visitatorum decretis, alijsve iussis mandantur, exequendis, beneficiorum quorumcumque fructus sequestrari, & legitimè relaxari mandes. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Eadem ferè facultas præfectis regionum seu portarum in ciuitate conceditur, paucis immutatis. Illud tamen sciendum est, quod supra de visitatoribus ad monuimus, ampliores ijs cum in Dicecesi visitant facultates concedi solere, pauciores cum in vrbe; id etiam in Vicarijs foraneis præfectisve portarum in vrbe fieri, ob eandem quam supra attingimus rationem.

Facultates ad visitatores aliosque monialium officiales seu ministros pertinentes, inferius cum de ipjs monialibus, habentur.

Formula literarum pro regimine & visitatione scholarum doctrinæ Christianæ.

CAROLVS &c. Si come infinitamente à Dio benedetto piace vna diligente cura, che fino da i primi anni i fedeli si ammaestrino nel timore santo, e nella via sua, laquale è la dottrina di Gesu Christo suo figliuolo vnigenito: così i Pastori, per la cura loro paterna, e per il zelo dell'anime, ilquale è sacrificio tanto accetto à sua Diuina Maestà, hāno obligo grāde di ponere in cid ogni solectudine. Onde noi oltre gli altri studij, fatiche, e cure, che habbiamo vsato nell'instituire è piatate le scuole della Dottrina Christiana, à fine che cò ogni còcorso e frequēza, ogn'vno, e particolarmente i figliuoli, s'allevino costumatamente, e cò cognitione, e dottrina di vita Christiana; habbiamo auco voluto elegere Visitatori di dette scuole, nò potèdo noi, per altre occupationi che ci apporta il carico della solectudine Archiepiscopale, attendere còtinuamente à tal impresa, in quel modo che sommamente desideriamo nel Signore. Per tato habbiamo eletto Visitatore di dette Scuole nella diocesi nostra N. operario di esse, nella cui opza ci còfidiamo molto. E perciò per la presente còmandiamo a i Reuer. Preuosti, Arcipreti, Parochi, ò Curati de i luoghi della nostra Diocesi, che diano loro ogni aiuto e fauore, nò solo in piantare, visitare, e riformare le Scuole della detta dottrina, e fare in esse tutto ciò che sarà bisogno per aiuto dell'opera; ma ancora in leuare ogni impedimento, à fine che nell'hore assegnate da noi, le dette scuole siano frequentate da i popoli, à gloria di Dio, e salute dell'anime, Effortiamo poi cò tutte le viscere della carità nostra paterna efficacemente ogni fedel Christiano, e particolarmente ciascuno padre di famiglia, che sia solectito à condurre i putti & i figliuoli à questo santo essercitio, si d'imparare, come di insegnare essa Dottrina Christiana. He uemo questa speranza della pietà, e diligenza di ciascuno, che in cosa tanto necessaria, & vtile, non mancherà à se stesso,

Stesso, nè à i figliuoli, nè à prossimi suoi. Sia dunque la gratia e pace del Signore con tutti voi: e noi vi diamo la nostra benedittione. Dat. &c.

Quod si huiusmodi facultas concedatur Priori generali eiusmodi scholarū, loco eorum verborum: ] Abbiamo ancora voluto elegere Visitatori: &c. [ponatur ita: ] habiamo eletto il Reu. N. Priore generale di dette Scuole nella Città e Diocesi nostra, nella cui opera si confidiamo molto; al quale concediamo facoltà di piantare, visitare, riformare, e fare tutto ciò che sarà bisogno per aiuto delle scuole della detta Dottrina. E perciò p la presente comandiamo, &c.

Quod ad hos Visitatores attinet, illud obiter admonemus, non semper eandem omnibus tribui facultatem; sed habita locorum & personarum ratione, aliquando maiorem, vel minorem concedi solitam.

Formula literarum Missionis oblatorum.

CAROLVS &c. Inter cætera officia, quibus Episcopi oves sibi creditas in viam salutis dirigere debet, plurimum sanè ponderis habet atq; momenti, perpetuum illud studium & sollicitudo, qua & ipsi, & illi, quorum opera ad animarum salutem procurandam vtuntur, diuersa suarum Diocesum loca circumuehentes, Dei verbum prædicant, sanctissima Sacramenta ministrant, aliaq; spiritualia exercent. Eamque ob causam nos, cum oblatorum S. Ambrosij Congregationem instituissemus (quibus proposita esset in primis Dei gloria, animarumq; nostræ præsertim Diocesis salus) illud sanè quidem spectauimus maximè, vt illi omni animi ardore atque pietate hos labores amplecterentur. Itaq; te N. oblatum S. Ambrosij mittimus, potestatemq; his nostris literis tibi facimus, in omnibus Diocesis nostræ Ecclesijs, Dei verbum prædicandi, atq; alia spiritualia ministeria, tuiq; ordinis functiones exercendi: Deumq; precamur, vt quemadmodum hæc omnes curæ atq; sollicitudines, ad illius solum gloriam, eiusq; animarum salutem diri-

guntur; & ipse tibi eam obedientiam spiritum tribuit, vt hæc officia aliquando præstanda alacri animo susciperes: ita laboribus tuis benedictionem suam impertiat; & (quæ eius est immensa benignitas) efficiat, vt fructus inde existant vberissimi. Parochos autè, Præpositos, ac Vicarios foraneos in Domino requirimus, vt quibuscunq; rebus opus erit ad hæc tua officia, operam studiumq; suum conferant; eosdemq; hortamur, vt cum in parochijs vniuscuiusque illorum eris, te Sacerdotali charitate & frugalitate hospitio recipiant. In illis verò parochialibus Ecclesijs, quæ Sacerdote carènt, cura Vicarij foranei necessarius tibi frugaliter suppeditetur, ex fructibus beneficij parochialis vacantis, aut ex incolarum loci voluntaria erogatione, aliave ratione, quam ille magis expedire censuerit. Dat.

Formula facultatis, seu deputationis Rectoris Collegij S. Mariæ Nobilium Mediolani.

CAROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo N. Sacerdote nostræ Mediol. Dioc. salutè in Domino. Fides tua, prudentia, ac morum integritas nobis perspecta, facile nos inducunt, vt rebus sacri Collegij nobilium adolescentium, sub tutela & inuocatione gloriosissimæ Virginis Mariæ extra P. Nouam huius urbis sita, te ipsum præficiamus. Harum igitur serie, quas ad nostrum beneplacitum valere decernimus, te in Rectore eiusdem Collegij constituimus & ordinamus, regendiq; gubernandi, & administrandi, prout è re Collegij esse cœsueris, tibi facultatè cœcedimus. Cœtractus, & distractus quoscunq; in vtilitatem & comodum ipsius collegij, (nobis tamen in grauioribus consultis) quietantias, & cœfessiones, vt appellant, etiam publico documento pro receptis & exactis pecunijs, præsertim factorum & stipendiorum ab ipsis adolescentibus collegio persoluentis: Quoscunq; in ius vocandi, si quid erit, quod ipsius Collegij interfit, & contra eos de iure experiendi: lites etiam quascunq; motas & mouendas prosequendi, & mouendi, ac alia oppor-